

480, 33 ras domino penderet dumtaxat, si pluris faenerare potuisset, ipse lucraretur, in creditam<sup>1</sup> pecuniam videtur, inquit, accepisse. plane si omnium negotiorum erat ei administratio mandata, mandati quoque eum teneri, quemadmodum solet mandati teneri debitor, qui creditoris sui negotio gesit. *Marius Paulus quidam fideiuserat* pro Daphnide mercedem pactus ob suam fideiussionem et sub nomine alterius

481, 1 ex eventu litis caverat sibi certam quantitatatem dari: hic a Claudio Saturnino praetore maiores fructus inferre iussus erat et advocacyoibus ei idem Saturninus interdixerat. videbatur autem mihi iudicatum solvi fideiussisse et quasi redemptor litis extitisse et velle a Daphnide mandati iudicio consequi, quod erat condemnatus. sed rectissime divi fratres rescripserunt nullam actionem eum propter suam caliditatem habere, quia mercede pacta accesserat ad tam rem redemptionem. Marcellus autem sic loquitur de eo qui pecunia accepta sponponit, ut, si quidem hoc actum est, ut suo periculo sponderet, nulla actione agat, sin vero non hoc actum est, utilia ei potius actione competit: quae sententia utilitati rerum contentanea est.

*7 PAPINIANUS libro tertio responsorum* Salarium procuratori constitutum si extra ordinem peti coepit, considerandum erit, labore dominus remunerare voluerit atque ideo fidem adhiberi placuisse oporteat an eventum litium maioria pecuniae praemio contra bonos mores procurator redemerit.

*8 UPLIANUS libro trigessimo primo ad edictum* Si procuratorem<sup>2</sup> dederit nec instrumenta mihi causae reddat, qua actione mihi teneatur? et Labeo putat mandati eum teneri nec esse probabilem sententiam existimatium ex hac causa agi posse depositi: uniuscuiusque enim contractus initium spectandum et canam. Sed et si per collusionem<sup>3</sup> 'procuratoris'<sup>4</sup> absolutus sit adversarius, mandati eum teneri: sed si solvendo non sit, tunc de dolo actionem adversorum<sup>5</sup> qui per collusionem absolutus sit, dannum 2 ait. Sed et de lite quam suscepit exsequenda 3 mandati eum teneri constat. Si quis mandaverit aliqui gerenda negotia eius, qui ipse sibi mandaverat, habebit mandati actionem, quia et ipse tenetur (tenetur autem, quia agere<sup>6</sup> potest): quoniam enim vulgo dicatur<sup>7</sup> procuratorem ante item contestatam facere procuratorem non posse, tamen mandati actione est: ad agendum enim dumtaxat hoc facere non potest. Si tutores mandaverint contutori suo mancipium emendum pupillo et ille non emerit, an sit mandati actio, et utrum tantum mandati an vero et tutelae<sup>8</sup>? et Julianus distinguit: referre enim ait, cuius generis servum tutores uni tutorum mandaverint ut emeret. nam si supervacuum servum vel etiam onerosum, mandati actione tantum eum teneri, tutelae non teneri: si vero necessarium servum, tunc et tutelae eum teneri non solum, sed et ceteros. nam et si mandassent, tenerentur tutelae, cur servum pupillo necessarium non comparaverunt: non sunt igitur excusati, quod contutori mandaverunt, quia emere debuerunt. plane habebunt nihil minus mandati actionem, quia mandato non est obtemperatum. contra quoque Julianus ait tutorem qui emit mandati actionem nem habere adversus contutores suos. Si liber homo, cum bona fide serviret, mandaverit Tito ut redimeretur et numeros ex peculio dederit, quod ipsum sequi, non apud bonae fidei emptorem relinqui debuit. Titiusque pretio soluto liberum illum manunisierit, mox ingenuis prouiniciatis est<sup>9</sup>, habere eum mandati actionem Julianus ait adversus eum cui se redimendum mandavit, sed hoc tantum inesse mandati iudicio, ut sibi actiones mandet, quas habet adversus eum a quo comparavit. plane si eam pecuniam dederit, quae erat ex peculio ad bonae fidei

emptorem pertinente, nullae ei, inquit Julianus, mandari actions possunt, quia nullas habet, cum ei<sup>10</sup> suos numeros emptor dederit: quinimmo, inquit, ex vendito manebit obligatus, sed et haec actio inutilis est, quia quantum<sup>11</sup> fuerit consecutus, tantum empti iudicio necesse habebit praestare. Mandati actione tunc competit, cum copit interesse eius qui mandavit: ceterum si nihil interest, cessat mandati actio, et eatenus competit, quatenus interest, ut puta mandavi tibi, ut fundum emeres: si intererat mea emi, teneberis: ceterum si eundem hunc fundum ego ipso emi vel alius milii neque interest aliquid, cessat mandati actio. mandati, ut negotia gereres: si nihil deperierit, quanvis nemo gesserit, nulla actio est, aut si alius idoneo gesserit, cessat mandati actio, et in similibus hoc idem erit probandum. Si ignorantes fideiussores debitorem solvisse vel etiam acceptatione sive pacto liberatum ex substantia debitoris solverunt, non tenebuntur mandati. Quod et ad actionem fideiussoris pertinet, et hoc ex rescripto divisorum fratrum intelligere licet, cuius verba haec sunt: 'Catullo Juliano. Si hi, qui pro te fideiusserant, in maiorem quantitatem damnati, quam debiti ratio exigebat, scientes et prudentes auxilium appellatio- nis omiserunt, poteris mandati agentibus his aequitate iudicis tueri te.' igitur si ignoraverunt, exculata ignorancia est: si scierunt, incumbebat eis necessitas provocandi, ceterum dolo versati sunt, si non provocaverunt, quid tamen, si paupertas eis non permisit? excusata est eorum inopia. sed et si testato convenerunt<sup>12</sup> debitorem, ut si ipse putaret appellaret, puto rationem eis constare. Dolo autem facere videtur, qui id quod potest restituere non restituit: proinde si tibi mandavi, ut hominem emeres, tuque emisti, teneberis milii, ut restitus, sed et si dolo emere neglexisti ('forte enim pecunia accepta aliis cessasti ut emeref<sup>13</sup>'), aut si lata culpa ('forte si gratia ductus passus es alium emere<sup>14</sup>'), teneberis, sed et si servus quem emisti fugit, si quidem dolo tuo, teneberis, si dolus non intervenit nec culpa, non teneberis nisi ad hoc, ut caveas, si in potestatem tuam pervenerit, te restituturum. sed et si restitus, et 'tradere' debes. et si cantum est de evictione vel potes desiderare, ut tibi caveatur, puto sufficere, si mihi hac actione cadas, ut procuratorem me in rem meam facias, nec amplius praestas quam consecuturus sis.

*9 PAULUS libro trigessimo secundo ad edictum* De tuo etiam facto cavere debes.

*10 UPLIANUS libro trigessimo primo ad edictum* Idemque et in fundo, si fundum emit procurator: nihil enim amplius quam bonam fidem praestare eum oportet qui procurat. Sed et si de sanitate servi procuratori cautum est aut caveri potest aut de certis vitis, idem erit dicendum, aut si culpa caneri non curaverit, condemnabitur. Si ex fundo quem mihi emit procurator fructus consecutus est, hos quoque officio iudicis praestare eum oportet. Si procurator mens pecuniam meam habeat, ex mora utique usuras mihi pendet, sed et si pecuniam meam faeni dedit usurasque consecutus est, consequenter dicemus debere eum praestare quantumcumque emolumentum sensit, sive ei mandavi sive non, quia bona fide hoc congruit, ne de alieno lucrum sentiat: quod si non exercuit pecuniam, sed ad usus suos convertit, in usuras conveniet, quae 'legitimo modo'<sup>15</sup> in regionibus frequentantur. denique Papinianus ait etiam si usuras exigerit procurator et in usus suos convertit, usuras eum praestare debere. Si quis Tito mandaverit, ut ab actoribus suis mutuam pecuniam acciperet, mandati eum non acturum Papinianus libro tertio responsorum scribit, quia de mutua pecunia eum habet obligatum: et ideo usuras eum petere non posse quasi ex causa

(1) creditum edd. (2) extitaset F<sup>a</sup> (3) \* Iust. (Pernice) (4) collusum F<sup>a</sup> (5) cum F<sup>a</sup> (6) idem B, gerere Mo. (7) digatur F<sup>a</sup> (8) non ins. Kr.

(9) sit Mo. (10) a quo emit ins. Kr. (11) vendor ins. Kr. (12) convenerunt F<sup>a</sup> (13) \* Iust. (Eisele) (14) § fin. Iust. (de Medio) (15) \* Iust. (Cuiacius)

Trad. D.17.1.8. pr. Ulp. XXXI ad ed.

Se avrà nominato un procuratore e questi non mi restituisce i documenti della causa, con quale azione sarà egli tenuto nei miei confronti? Labeone ritiene che lo sia con quella di mandato e che non sia accettabile l'opinione di coloro i quali ritengono che in questo caso si possa agire con quella di deposito: di ogni contratto si deve considerare infatti il momento iniziale e lo scopo pratico (*causa*).

#### D. 17.1.39 Ner. 7 membranarum

Et Aristoni et Celso patri placuit posse rem hac condizione deponi mandatumque suscipi, ut res periculo eius sit qui depositum vel mandatum suscepit: quod et mihi verum esse videtur.

#### D. 17.1.39 Nerazio libro VII delle membrane

Sia Aristone sia il padre di Celso hanno ritenuto che si possa effettuare un deposito o assumere un mandato, con la clausola che il rischio del perimento della cosa sia a carico di chi ha assunto il deposito o il mandato: il che pare vero anche a me.